

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. LXXV. Romana retractus Vineæ. An & quando cesset jus congrui ob  
renunciationem extrajudicaliter factam, seu declarationem, quod non  
habeat animum retrahendi, Et quæ verba ad hunc effectum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

Motivabatur etiam, quod hæc domus retrahens in modica parte confinaret cum dicto ædificio retrahendo, in una scilicet vel duabus mansionibus appartenenti superioris, sante quod venditor sibi reservaverat quamdam partem inferiorem pro commoditate stabuli & currus alterius domus propriæ habitationis, sed pariter hoc nullius momenti videbatur, quoniam suffici confinatio etiam in modico vel in parte, ut apud *Ancharan.* dicto cons. 160. num. 4. vers. præterea & *Gratian.* discept. 745. num. 43. inspeccio autem majoris vel minoris adjacentia cadit, vel in retractu coactivo ratione ornatu competentis aduersus antiquum dominum vendere nolentem, vel in concursu vicinorum contendentium de prælatione juxta deducta per *Fab.* de *Ann.* cons. 47. *Gratian.* dicta discept. 745. & 752. apud quos ceteri.

## DISC. LXXV.

**F**ratribus de Gaballinis intentantibus adversus Buccimazzam novum emptorem, prius retractum coactivum, deinde prælativum in vim *Constitutionis 22. Gregorij XIII.* de duobus opponebat reus conventus; Primo de renunciatione dicti juris facta per fratrem majorem, ex eo deducunt, quod dicto novo emptore ipsum requirent, ut declararet, an vellet uti facultate retrahendi nec nè ad effectum evitandi inanes sumptus sepiù divisoria, respondisset per illa verba præcisa, *Hoc tanta vigna chema basta, faremo buoni vicini,* unde propter ea ad sepius constructione processu est. Et secundò, quod cum dicti fratres intentassent retractum coactivum, ita renunciassent prælativo, ad quem, primo derelicto, convolaverant, quasi quod ita agnoverint novum emptorem in verum ac omnino perfectum dominum, intentando viam retractus coactivi. Et ex his in prima instantia consueti Tribunalis Camerarij & Ædilium prodij sententia rei conventi absolvitoria, confirmata in secunda instantia per Præfitem viarum, sed commissa per appellationem causa in Camera coram *Ginetto sub die 29. Novembri 1668.* disputato dubio, an dictæ sententiae essent confirmandas, vel infirmandas, pro infirmatione prodij resolutio.

In hujusmodi autem disputationibus, quatenus pertinet ad primum notivum renunciationis, resulantis ex dictis verbis extrajudicialiter prolati scribens pro actoribus retrahere volentibus, ex tribus fundamentis dicebam dictam renunciationem non obstat; Primo quod non esset in iure & apud Doctores absolutum, an ubi lex municipalis aliquam formam induxit super exclusione retractus ab ipsa met lege concessi, sufficient ad eamdem exclusionem verba & declarationes generales tali forma non servata; Negativam enim tenent *Cannetius, Cassanensis, Carpanus, & ceteri collecti per Mastrill.* dec. 250. num. 12. cum qua opinione licet incidenter procedere videtur *Rota coram Celsi* decif. 163. num. 5. & 6. & apud *Orthob.* dec. 268. n. 3. Affirmativam verò, quod etiam verba extrajudicialiter prolati inter ipsas partes ad id sufficient, tenent *Tiraquell.* de retract. lignag. §. 1. gls. 9. num. 121. & 123. *Schradler.* de fendif. par. 8. cap. 7. num. 8. *Rosenthal.* de fendi cap. 9. conclus. 91. num. *Theodor.* de retractu consanguinitatis quest. 2. num. 450. cum sequen. *Gratian.* discept. 672. num. 1. cum seqq. *Magonius* decif. *Florentin.* 118. *Mohedan.* dec. 15. de locat. Vnde propter ea quicquid sit, an una vel altera opinio interminis *Constitutionis Sancimus*, seu aliarum legum & consuetudinum generaliter tenenda esset, & quo casu admittebam magis communem esse hanc secundam opinionem affirmativam, quoniam contraria procedit ubi denunciatio judicialis requiritur pro forma, ut est in casu retractus competentis creditori censuorio ex *Constitutione Py VI.* in quibus terminis loquuntur dictæ decisiones *Celsi.* & *Orthoboni.* & aliae confirmatoria dictæ decisionis *Orthoboni* coram *Pelsingero;* Atamen dicebam sufficiente id esse dubium, ad effectum, ut deferendum esset particuliari dispositioni dictæ *Gregoriana Constitutionis* in §. 8. expresse disponentis, requiriendos etiam esse eos, qui nullo modo se empturos professi essent, quasi quod ita Pontifex, qui erat doctissimus jurista, recte conscient questionis, ita eam decidere voluerit.

Et

## ROMANA RETRACTVS VINEÆ PRO GABALLINIS CVM BVCCIMAZZA

*Causa decisus per Cameram pro Gaballinis*

An & quando cesset jus congrui ob renunciationem extrajudicialiter factam, seu declarationem, quod non habebat animum retrahendi; Et quæ verba ad hunc effectum requirantur; Et aliqua de compatibilitate vel incompatibilitate retractus prælativi cum coactivo, ita ut intendendo unum, alteri censematur renuntiatum, necne.

### SUMMARIUM.

- 1 **F**acti series cum resolutionibus.
- 2 **A**n per verba extrajudicialia denontantia animum nos retrahendi censematur renuntiatum, referuntur opinions.
- 3 **Q**uid in hoc statu *Constitutio Gregoriana.*
- 4 **R**etractus legalis vel conventionalis competens pluribus exerceri potest per unum in solidum.
- 5 **A**n pupillus vel minor possit renuntiare retractus sine solemnitatibus.
- 6 **D**e conclusione qua num. 2. ut ad inducendam renunciationem verba debeant esse univoca & concludentia.
- 7 **C**onfesso per quæ verba concipi debet ut prejudgetetur.
- 8 **E**mptor subjectus retractui legali vel conventionali interim est perfectus dominus.
- 9 **H**abens jus retractus, si recognoscit novum emptorem in dominum, non per hoc censemtur retractus renuntiare.
- 10 **D**e ratione ob quam verba equivoca & generalia non important renunciationem.
- 11 **Q**uod intentans retractum coactivum sibi non prejudicet in prælativo.

Et consequenter quod stante expressa Pontificia determinatione, quārendum non esset, quid Doctores in terminis aliarum consimilium legum, vel consuetudinum tencent, dum habemus expressum casum legis.

Istud motivum in diabus praecedentibus instantijs ut supra neglectum, neque in Camera plausum habuit, ex eo quod præfata Constitutio in hac parte semper interpretationem habuisset, ut intelligenda esset de illa requisitione, quæ per emere, seu vendere volentem facta esset, re integra, & antequam ad emptionem procederetur, quasi quod tunc verba prolatæ per vicinum requisitum utpote ad aliam rationem referibili, renunciationem importare non debeant juxta ea, quæ habentur in Romana prælationis Affiliis hec solum tis. disc. 86. Secus autem ubi id sequetur post sequuntam venditionem, & cum novo emptore jam effecto domino, & possesso.

Alterum erat motivum, quod ubi etiam dicta verba importare possent renunciationem, nihilo minus utpote prolatæ per unum ex fratribus, præjudicare non poterant alijs, inter quos aliqui aderant minores & pupilli; Vnde cum istud jus esset individuum, residens penes plures insolidum, recte in totum exerceri posse dicebam per unum ex pluribus, alijs non curantibus, juxta ea quæ habemus in proximis terminis retractus conventionalis in vim juris redimendi, seu pacti de retrovendendo competentis pluribus heredibus vel locis ut per unum insolidum exerceri valeat ex deductis per Ludovic. dec. Pernis. 112. num. 11. & seqq. Mastrill. dec. 21. n. 1. Buras. dec. 937. num. 8. Orthobon. dec. 156. nn. 9. Sanfelse. dec. 122. Ad quod etiam conferre dicebam ea qua in jure habemus in jurepatronatus vel conferendi & in feudi individuali, ac similibus de quibus præsertim in Marinæ. feudorum sub. tir. defens. disc. 8. quod scilicet per viam juris non decrescendi totum jus, quod habitualiter penes omnes insolidum residet, alijs negligentibus, actualiter per unum ad exercitium deduci potest cum similibus.

Verum & istud motivum neque Cameram receptum fuit potius ex facto quam ex jure, quod scilicet vinea retrahens per solum fratrem maiorem, qui d. verba protulerat, acquisita fuerat; Vnde propterea per alteram partem dicebatur ipsum esse solum dominum, cui jus retrahendi competet; Atque nobis replicantibus dictam acquisitionem de facto factam esse nomine omnium, & ad omnium utilitatem à dicto fratre majore tanquam administratore aliorum, Replicabatur, & bene, quod dicta administratio dividi non poterat, neque eiusdem personæ factum in parte approbari, & in parte reprobari; Quamvis enim in stricta juris censure, seu ex leguleico rigore id non procedet, quoniam utilia quilibet pro pupillo facere potest, damnosus vero non nisi cum solematisbus à jure prescriptis, ut in specie hujus renunciationis à pupillo facienda cum auctoritate tutoris Rummus in addit. ad Affl. de jur. prothomis. ad decimum notab. numer. 8. fol. 85. Nihilominus cum non ageretur de præjudicando pupillis & minoribus in eorum bonis proprijs, seu iuribus quæsitis, sed in jure querendo, quod potius damnosum quam utile ex qualitate regionis reputari solet, quia vinea in Urbe personis civilibus per seiphas eas non colentibus, magis damnum quam utilitatem afferre solet, ut prædictum adverterit per Rotam in Romana susfringit 31. Martij 16. 9. coram Cerro, & in Cardin. de Luca de Servitib.;

alijs, idcirco non improbabiliter, mihi reflectenti ad veritatem, videbatur illud motivum, quamvis deductum à me tanquam Advocato, neglectum esse.

Tertium erat motivum à Camera receptum, quod etiam cum sensu veritatis, in præcedentibus instantijs, recipiendum esse dicebam, quod scilicet dicta verba essent æquivoca & vaga, non apta ad inducendum dictum effectum, pro quo requiruntur verba univoca, & concludentia perneceſſe, cum a-gatur de inducenda proprij juris renunciatione, ut in his specialibus terminis firmant Tiraquell. retract. lignag. dico §. 1. glof. 9. n. 144. & 148. cum sequen. bene Rosenthal. defens. d. cap. 9. conclus. 9. num. 10 & 12. In idem quoque suffragante regula generali, quam habemus in materia confessionis, quod scilicet illa ad effectum prejudicij esse debeat omnino clara & dilucida per verba univoca & concludentia ad text. in l. si quis intentione. ff. de iudiciis 7 cum ibi notatis, Manu. dec. 199. & 205. Greg. dec. 15. decif. 144. & 218. par. 6. rec. & pas- sim.

Quod autem dicta verba essent æquivoca, clare probari dicebam ex eo, quod emptor quamvis retractu legali vel conventionali subjectus, interim dicitur verus ac perfectus dominus ad omnes effectus, præsertim istum retractus activi & passivi, ex deductis per Buras. dec. 677 num. 1. & 2. Ronir. pragm. 1. de juriibus & exactiōn fiscal. num. 81. cum sequen. Gratian. discept. 520. num. 15. cum seqq. Millin. dec. 446. num. 26. & per rotum; Et ideo cum dictus vicinus tunc indeterminatus esset, an usurpis esset necnē retrahendi facultate sibi competente, recte dixit, quod futuri erant boni vicini, quatenus scilicet dictum jus non exerceret, vel usquequo illud ad exercitium duderet; Non inde tamen inferri poterat ad renunciationem dicti juris ac ad declarationem, quod illo uti nolle; Ut in fortioribus terminis inquilini seu alterius, cui retractus competit, expressè recognoscens novum emptorem in dominum, quod non exinde resulteret dicta renunciatio, quia interim ille erat verus & perfectus dominus, habetur apud Millin. dicta do-cis. 446. & Gratian. dicta discept. 520.

Ulra vero dictas speciales auctoritates Tira-quelli & Rosenthal. qua juxta currentem stylum captivarunt intellectum, ac fuerunt causa resolutionis, majus fundamentum ego constituebam in viva & naturali ratione, cui dicta auctoritates in-nixa sunt; Cum enim Gregoriana Constitutio in casu quo per novum emptorem juxta formam ibi præscriptam fieret vicinorum interpellatio, satis brevem terminum 15. dierum statut; Econversò autem, data scientia sine d. requisitione, concedat terminum unius anni, idcirco prudenter vicinus vel adhuc indeterminatus, an retrahere velit nec-ne, vel fortius quamvis determinatus, non habens promptas pecunias novo emptori solvendas, ut ita commodi-tatem ac beneficium dicti longioris termini haberet ad easdem parandas, curat extra-judicialiter cum verbis aulicis & æquivocis cum vici-no agere, ita cum obdormitando, ne alias excita-ret ad faciendam formalem interpellationem, per quam in dicti brevioris termini angustia consti-tueret, & hoc verè videbatur motivum solidum & probabile.

In hac autem ultima disputatione habita in Camera, ipsi metu scribentes in contrarium neglexe-runt dictum aliud motivum, cui forte principaliter innixa fit prijma sententia absolvitoria in Tri-

bunali primis instantiæ, quod scilicet per intentionem retractus coactivi emptor recognitus esset in verum & perfectum dominum; Cum enim interim ut supra verè sit talis, per electionem unius viae seu actionis, non censetur alteri renunciatum, cum id solum procedat, quando ambo sunt inter se incompatibles, atque ab eadem radice derivantes, ad unum, eundemque finem directæ sunt, ut puta quando pro eadem re competit alternativæ actio criminalis & civilis: Secus ubiæ sunt diversæ, diversumque habent modum; ac finem seu effectum, ex deducis per Menoch. lib. 3. presump. 45. n. 6. & 7. Ronit. pragm. 1. de officiorum provisione n. 15. apud quos concordantes; Iste siquidem retractuum species sunt inter se diversæ, diversumque habent modum, ac etiam finem, & effectum, praesertim ob majores cautelas, majoremque securitatem à periculo evictionis in prælativo quam in coactivo, ideoque non ex eo quod una via eligitur, censetur alteri renunciatum.

- 11 De abusu attendendi magis doctrinas, quam rationes.
- 12 An requisita Bullæ procedant tam in coactivo quam in prælativo.
- 13 An lis excusat a lapsu termini.

## DISC. LXXVI.

**M**ATTHIAS Capocaccia possidens quandam ratam domus solitam locari pro seutis 36. istam permutebat cum altera domo possessa per Fabium Carosium solita locari pro seut. 8c. gravata pluribus censibus consignativis in forte seut. 150. quos Capocaccia in falso sumpsit & ulterius solvere promisit dicto Fabio scuta 400. ad effectum extinguendi aliqua ejus debita, pacto etiam adjecto, quod vinente dicto Fabio licet Matthia dictam ejus partem domus in permutationem datam recuperare mediante assignatione domus fructantis eamdem summam scutorum 36. francam & exemptam à quibuscumque expensis, refectionibus, & alijs quibuscumque accidentibus etiam dislocationis, quæ omnia durante tantum vita Fabij Matthias ejus risico assumpsit, sequuta vero ejus morte, lictum esset dictam ratam domus redire mediante solutione scutor. 500.

Hujusmodi permutatione effectuata, Balthasar Alborghettus vicinus domui per dictum Carosium olim possicæ, retractum prælativum ad formam Bullæ Gregorianæ adversus Capocacciam in solito Tribunal Camerarij, & Ædilium instituit, quo pendente Capocaccia aliam domum acquisivit ex altera parte adjacentem cum expressa cessione juris retrahendi dicto alteri vicino competentis atque post diu litem agitata concorditer partes decidendam vel componentem remiscentur controvèrsiam in cuiuslibet partis Advocatos, quare in congressu, quem cum Collega tanquam Capocaccia, Advocatus habui, discursum edidi magis preparatorium, & pro veritate examinanda quam decisoriū super fundamentis quibus Capocaccia innitebatur hujusmodi retractus exclusione, quæ quantum erant.

Primum nempe quod domus retrahenda ab ipso quæsita non esset titulo emptionis, sed permutationis, quo casu non intrat retractus prælativus, ex ea ratione, quod retrahens dare non potest acquirenti vel alteri parti illam speciem, quæ per permutationem data est, ut firmant Affl. de jure prohib. §. 3. notab. 9. n. 11. cum seqq. ubi Rummus in addit. late Decian. conf. 23. num. 2. & per rot. lib. 2. Gratian. discept. 885. num. 7. Penia dec. 89. Buratt. dec. 6. num. 12. Adden. ad eum dec. 937. num. 22. Rota dec. 413. par. 2. recen. & dec. 322. num. 12. par. 4. & habetur in Viterbiæ. hoc eod. tit. disc. 73.

Alterum quia retractus non datur, nisi ubi ex domo retrahente & ex retrahenda fieri potest unicum ædificium, quod tendat ad Virbis ornatum juxta decis. Merlin. 437. quæ est repetita par. 5. recen. decis. 339. num. 3. cum sequentib. qui ornatus sequi non poterat, quia domus retrahens utpote ultrò non progrediens, atque ut vulgo dicitur faciens refaltum, nullam constitutere poterat cum retrahenda lineam rectam facientem simetriam, ex qua ornatus resulstat; Ac etiam fortius quia cum utraque domus retrahens & retrahenda esset antiquitus unius possessoris, in venditione per istum facta de domo retrahente reservata fuit ad favorem & commodum remanentis domus retrahendæ extrinseca facies seu aspectus stante dicto refaltu existens

ab

R O M A N A  
R E T R A C T U S  
A P O T E C A E  
I N T E R  
M A T T H I A M C A P O C A C C I A M ,  
E T  
B A L T H A S S A R E M  
A L B O R G H E T T U M .

*Discursus arbitralis in controversia sopia per concordiam.*

De retractu prælativo; An competit in contractu permutationis; Et an hæc adesse dicatur ubi major est pecunia quæ refundit, quam valor rei permutationæ.  
Et de termino anni à Gregorianæ Constitutione retrahenti præscripto adimplendam formam ibi traditam; An currat pendente lite super retractu, vel potius ista excusat à cursu temporis.

## S V M M A R I V M

- 1 F Alti series.
- 2 Ius congrui non procedit in permutatione.
- 3 De requisitis ad retractum prælativum in Urbe.
- 4 De concursu plurium vicinorum ad eundem retractum.
- 5 Ius retractus cedi potest cum ipsa re.
- 6 Litigientia an excusat retrahentem à lapsu termini, & num. 13.
- 7 De ratione, ob quam ius congrui non datur in permutatione & an cessante ratione cesseret conclusio.
- 8 Quando ius congrui intret in concessione in emphyteusim vel censem.
9. Quando non sit vera permutatione, & quando dicatur in fraudem, & numer. 10.